



D Haymeranus Pictavia Noricorū urbe (curius & S. Hieronymus meminit) oriūsus fuit, quæ Colonia quondam Romanorum insignis, tum municipium Boioariæ fuit, & nunc in villas abijt. Is ab ineunte ætate literis operam dedit, et in uirum doctissimum euasit. Itaq; cum Ratisbonensis Ecclesia, quæ & Reginoburgum dicitur, suo pastore destitueretur, Haymeramus omnium consensu Episcopus eligitur, circa annum Domini sexcentisimum quinquagesimum, eo tempore cum Thasi lo 2. Boiariæ princeps fati concederet, atque Theodo 5. eius nominis dux constitueretur. Eam Ecclesiam per multos annos magna pietate administra-

uit, atque Euangelium Christi dextrè annuntiauit. Cum autem scrupulus quidam in aliqua re oriretur, Romam proficisci, atque cum eius loci antistite illa conferre statuit. Habebat Theodo princeps filiam Vtam. Hæc à Segibotho quodam Decurione equestri compressa est. alio intumescente flagitium proditur. Itaq; Vta D. Haymeramum, qui uix per triduum ab fuerat, ceu culpæ authorem, honestiorem parentem nuncupat.